III. J. 3.

Johannis Colandi

Pantheisticon

sive

Formula celebrandae Societatis Socraticae

Cosmopoli 1720

190.E.16

Maurerische
Bücher-Sammlung
von
GEORG KLOSS.

Manuscript
N° des Catalogs III b = 1055.
Kloss Bibliogr. N°

Stadt bibl. Hildesheim
313

681

Pantheisticon.

Sive

Formula

Celebrandae Sodalitatis Socraticae,

in Tres Particulas Divisa;

Quae

Pantheistarum, sive Sodalium,

continent

I, Mores et Axiomata:

II, Numen et Philosophiam:

III, Libertatem, et non fallendam Legem,

Neque Fallendam.

Praemittitur

De antiquis et Novis Eruditorum Sodalitatibus.

Ut et de Ipso Universo infinito et aeterno, Diatriba.

Subjicitur

De deceptori Pantheistarum Philosophia fugienda

Ac de Viri Optimi et ornatissimi idea, Dissertatiuncula.

Casmapoli. M.DCC.XX.

8. Bd. Th. 3. pag 85. –

61.2a

Lectori Philomuso et Philalethi.

S. P.

Janus Junius Eoganensis.

Novam Sodalitatem novamque Formulam, qua melior et sapientior, longe laetior et summe contentior fies, tibi exhibeo (lector ingenue) tam Humano generi optime cupiens, quam aeternae Veritati addictissimus. Quae sive forte sive curâ haec nunc in lucem prodeant, nec mea interest narrare, neque tua forte refert. De rebus huius modi ex scriptis judicium est ferendum, cum nulla eis extrinsecus accedere possit aestimatio, nedum auctoritas. Contrariatur sententiae vulgus hominum, atque effertas ejus infestatur. Sed ut egregie docet Seneca, nihil magis praestandum est, quam ne, pecorum ritu, sequamur antecedentium gregem; pergentes, non qua eundum est, sed qua itur. Et, paucis interjectis, deum unusquisque mavult credere quam judicare, nunquam de vita judicatur, semper credetur; versatque nos et praecipitat

2b

de vita beata. cap. 1.

III. 6055

Praeditus per manus Erroris, alienisque pertinus exemplis.[3] Quid ergo faciendum restat? Sanabimur, inquit, si modo separemur a coetu.[3] Nam, ut idem paulo post in-culcat, argumentum pessimi Turba est[3] (cap. 2.): nec, dicente Marco Tullio, quicquam est tam valde, quam nihil fere, vulgare. Etenim, ut eodem citato autore, Philosophia paucis contenta judicibus; Multitudinem consulto ipsa fugiens, eique ipsi et suspecta et invisa: ut vel, si quis universam velit vituperare, ferendo id Populo facere possit; vel si in eam, quam nos maxime sequimur, conetur invadere, magna habere possit asylia religionum Philosophorum disciplinis.[3] Tu vero, Doctor (si Rationem, non Confusionem, ducem tuum velis) omnes humanos casus infra te positos conspicis; sortem tuam quaecunque demum sit, aequo animo ferres; stultum ambitiosum, et nocentem invidiam, procul fugabis; pertinaces contemnes honores, ipse brevi peritaturus; jucundam degis vitam et tranquillam, nihil admirans aut horrescens; illudque Virgilianum jure merito usurpabis,

Felix, qui potuit rerum cognoscere causas:
atque metus omnes, et inexorabile fatum,
Subjecit pedibus, strepitumque Acherontis avari. (Georgic. II, 490)

Tali, perlegendo Pantheistica hoc, fies: et postquam noveris Philosophicam hic, non Theologicam dari Sodalitatis descriptionem (alia etenim res est Naturam explicare, alia Religionem tradere) valere te atque sapere jubeo

Anno aerae vulgaris M. DCC. XX.

---

de Divin. II, 39

Tusc. Disp. II, 1.

Auf der Bodleianischen Hetzradex. 313. befindet sich auf der Waagschale ist das Frontispiz, auf welchem die fur-bufindlichen Worte gemacht sind. Für fürsicher Besitzer (Waag?) sporab auf das Vorsetzblatt.

Joh. Calandus, hujus libri Autor, Exemplar hujus scripsit Anglo Viro clari nominis mittens sequentia inscribebat:

O Sempiterne Barche, qui reficis et recreas vivos defiicientium: adsis nobis in populo paululorum, Amen.

Kittlin.

Pantheistica sive Formula celebrandae Sodalitatis Socratica, in Tres Partitus divisa, Cosmopoli (London) 1720. 8. pagg. 8. pagg 89.-

Qi do 60 Qix
ἔξω τεγίκη
κὴ τῶν τεγίκη.

pag 61. XVI. Quandoquidem (ut in ordine jam videam) Philosophia apud Pantheistas, sicut apud antiquorum Sapientissimos, dividitur in Internam vel popularem et depravatam, atque Internam vel puram et genuinam; nulla inter eos exoritur discordia, si Sodalium quilibet paternam professionem haeresin (modo non animo falsa fiat) vel eam quae ubicunque stabilita est. De Scholasticis qui quidem nunquam disputant: arbitrantur in Adiaphoris nihil esse illo utendi dictax prudentius, laqueorum cum Vulgo et familiarium cum Philosophis. Si vero contigerit, ut paterna aut legibus sancita Religio, tota aut aliqua ex parte facinorosa fit; atrox (exempli gratiâ) vel absurna, tyrannica, vel alicis libertatem denegans; tunc ad nihilorum incontinentia, et pravorum, et liberiorum se transferre, Sodalibus

62. jus fasque est. Non cogitandi tantum, sed etiam agendi libertatem, omni abominata licentia, mordicus tuentur; cunctis tyrannis (sive illi Monarchae sint despotici, vel Optimates oligarchici, vel anarchici Demagogi) infensissimi. Parisijs plurimum versantur; itidem Venetiis, in omnibus Holandiae Urbibus, maxime vero Amstelodami, et nonnullis (quod miveris) in ipsa Curia Romana: sed praecipue, et prae ceteris locis omnibus, Londini abundant; ibique sedem, et quasi aerem, suae Sectae collocant. Non sine de Britannica Societate Regia, non de Ingeniosorum Academia Gallica, neque de tali conventu aliquo publico verba facere, manifestum est. Conviviis, ut diximus, instituunt Pantheistae moderata et honesta, non luxuriosa et luxuria; non propter dapes et dolicias, sed propter amicorum coetum delectationemque sermonis. Nulla illic perpotatio, nullus aleae vel Pessimae lusus; non tibicines aut saltatores, non psaltriae, non sambucistrae, nec concubalia lu, dionum et foeminarum oblectamenta. Acroamata sunt ijs, et bellaria, sermo eruditus et non importuni jocii. Haec Coenae, ut semel dicam, non sunt Epicuraeae aut luxuriosae; sed purae, simplices, et elegantes: ubi frugalis mensa sed nitida, ubi Vinum sed nunda suppellex; ubi

63 frons exporrecta saepe, sed abducta nunquam. Ibi demum ministris et famulis (ut profanis et indoctis) procul amotis, postisque, more veterum, probe occlusis, varia ferunter de varijs rebus sallaquia. Ut vinum, ita et oratio omnibus est communis. Quaestio aliqua, maxime argumenta forte oblata, solvenda Coetui proponitur, ut in Symposio Platonico: vel, ut in Xenophontio, fin, gali pecunia, vel a se-ipsis vel ab alicis sibi impositum, absolvunt. De serijs et gravibus sine con, tentione, de lectoris et jucundis sine levitate, disputatur: de rerum, inquam, dignissimarum cog, nitione sacrae inchoantur disputationes, atque rebus mediocribus gratissima reperiuntur intermedia.

XVII. Quoad ordinem pertinet, qui in Sodalitatibus hisce observatur, Moderatorem habent, eadem plane jure gaudentem, quo apud Graecos olim et Romanos. Adsunt quoque

64 vice omnes alicujus loci Sodales, ni aliquis morbo, vel ptinere, vel alia de causa facile excusanda detineatur. Est et illis, quod memoratu dignissimum fertur quod vinus.

Formula celebrandae Sodalitatis Socraticae.

Tripartita est haec Formula, quae Sodalitatis leges, axiomata, placita continet, quamque statim omnibus subjicimus. Semper una legitima Partio in unaquaque Congressu, ordinario quidem prima vel ultima; praesente Moderatore, ceteris vero respondentibus, ac interdum canentibus. Alternatim pleraque: secundum Virgilianum illud, Homero prius ἀ fuggiente;

ἀ Μουσάων δ', ἀς ἄειδον, ἀπερεψάμεναι ἀπὸ κάλλος. Iliad 1, v 604. Videantur et Hymni in Apoll. v 184

Alternis dictis, amant alterna Camenae. Eclog III v. 59

Sed tota recitatur Formula ordinis Salfistitialibus et Aequinoctialibus, quorum conversi,
omnibus vices temporum, et alias omnes in nostro orbe (mediante Sole et praegnante) praedo,
centur mutationes. Tota etiam legitur Formula alijs vicibus, praesertim quando novus Sacerdos
48 cooptatur, quod nunquam fit nisi omnibus consentientibus, etsi majoris partis suffragijs ejici
poterit. Magisteratus, ut omnis penitus exsecundatus in electionibus concentatio, sequentes
ordinem admonitionis in Sodalitium: et in Congregationibus proxime antecedens Magistratus
praefatur, novus autem omnia jubet in converso. Canonem Philosophorum, qui habetur in
secundo Formulae Partiscula, ex libro interpretatus; indeque excerpsit abstrusissima Physices
theoremata, secundum mentem Socraticorum veterum: nec abest, quod ad recentiorum
Socraticorum, Pantheistarum nempe vel insanorum Sodalium, sententiam sit emendatus; et
ex Propositionibus liquet in margine appositis, ne minimus illis scrupulus afficiat. Ut
alias eorundem de rebus sublimibus enarrationes silentio (brevitatis studens) praeteream,
commentantur statis temporibus in Legum Naturae; verisimum illam et nunquam fal-
lentem, Rationem sortitet (uti exhibetur in ultima Formulae Partiscula) cuius radiorum
46 lucis tenebras quasque dispellent, inanes sollicitudines detrahent, simulatas potitio-
num Revelationes (nam de veris quis fanus dubitet?) rejicient; et et confiteo explodent
Miracula, absona Mysteria, ambigua Oracula: omnesque dolos, technas, fallacias, fraudes,
anilia denique fabulas detegent; quibus foeda Religioni nubes, atque Veritati nox altissima
obducitur. Sed ipsa Formula hic sese offerit pentrantanda.

47 Formulae
Celebrandae Sodalitatis Socraticae
Partiscula Prima,
continens Sodalitatis Mores et Axiomata.

Magisteratus praefatus. Quod felix faustumque sit.
Respondent omnes ceteri. Socraticum instituimus Sodalitium:
Mag. Floreat Philosophia.
Resp. Cum Artibus politioribus.
Mag. Taceto linguis. Veritati, Libertati, Sanctati, triplici Sapientum voto,
48 Factus hic (omnesque in hoc congregandum, loquendum, agendum) faceresto.
Resp. Et nunc et semper.
Mag. Aequales vocemur et Fratres:
Resp. Sodalis item atque Amici.
Mag. Absint contentio, inimicitia, pertinacia:
Resp. Adsint docilitas, ferentia, comitas
Mag. Placeant jaci et risus:
Resp. Propitiae sint Musae et Gratiae.
Mag. Nullius in verba jurandum;
49 Resp. Nedum in ipsius Socratis: et Hierocracien omnem execramur.
Mag. Utridaneis tamen auctoribus (salva tamen libertate) ijsque vivis am-
nium optimis, omnia rite peragamus, audite, Sodales confratres, verba
Marci Porcii Catonis, gravissimi Censoris; referente Marco Tullio Cicerone,
sanctissimo Patre Patriae, in capite XIII libri de Senectute.

Respondent reliqui: Veritati et Libertati ideo addicti sumus, Ut a Tyrannide et
Superstitione Soluti esse possimus.
Magisteratus. Primum (inquit Cato. libro de Senect. cap 13) habui semper Sodales. Sodali-
50 tates autem, nec Quaestore, institutae sunt, sacris Idaeis Magnae Matris acceptis. Epulabar
igitur cum Sodalibus, omnino modice: fuit enim quidem fervor aetatis, quo progredi,
erit, omnia fient indices mihi ora. Neque enim ipsorum Convivorum delectationem
voluptatibus corporis, magis quam coetu amicorum et sermonibus, metiebar. Bene
enim Majores nostri accubitionem epularum Amicorum, quia vitae conjunctio-
nem habent, Convivium nominarunt, melius quam Graeci, qui hoc idem tum
Comcatationem et Concoenationem vocant: ut quod in eo genere minimum est, id
maximo probare videantur.
Resp. Laudentur Socrates et Plato, Marcus Cato et Marcus Tullius.
Magisp. De re qualibet disseramus,
Ex intervallo cerebro fabulemur.
Resp. Sirte, modeste, facete.
Mag. Rerum finitimarum causas:
Ut vetam hilare,
Ut mortem tranquille obeamus.
51 Resp. Ut ab omni metu liberati.
Non elati gaudio, nec moerore dejecti,
Mente exsidamus.
Mag. Ut levia etiam Vulgi terricula mutta,
Veteratorum vero figmenta deridemus,
Ejallemus Inimicum melas.
Magisterator et Resp. (Cicero de divinat. L. 1. cap ult.)
Non habeo denique nauci Marsum augurem,
Non vicanos Aruspices, non be circo Astrologos,
Non Isiacos conjectores, non Interpretes somnium;
Non enim sunt ij aut scientia aut arte Divini,
Sed superstitiosi Vates, impudentesque Harioli,
Aut insanientes, aut insani, aut quibus egestas imperat:
Qui sibi semitam non sapient, alteri monstrant viam,
Quibus divitias pollicentur ab his drachmam ipsi petunt;
52 Ab his divitiis sibi dedicant drachmam, reddant octava.
Mag. Audite adhuc (optimi Amici) eundem sapientissimum Catonem, in ejusdem libri
de Senectute capite decimo quarto, exemplo suo divine praecipientem.
Resp. Ut sani simus, et alacres et beati
Mag. Me vino (inquit) et Magesterio delectant, a Majoribus institutio, et is Sermo, qui
more Majorum, a Summo adhibetur in pocalis: et pocula sicut in Symposio Ne-
ophontis, minuta atque rorantia, et refrigeratio aestate, et vicissim aut sol aut
ignis hiemes. Quae quidem in Sabinis etiam persequi solo, Conviviumque vini,
rarum quotidie complea, quod ad multam noctem, quam maxime possumus,
vario sermone producimus. (de Senectute. cap. 14.)

Resp. Laudandus Xenophon,
Frutandique rustici labiud.

53 Mod. Montium ergo maxime,
Veritem vino madice paseamus.

Resp. Aequum et bonum est.

Mod. Libamus Gratijs.

Resp. Baculis poscimus minoribus
Vinis Particulae Primae.

54 Particula Secunda,

continens Sodalitatis Nomen et Philosophiam.

Modiperator. Profanum arcete Vulgus.

Respondent. Clausa tutaque sunt omnia.

Mod. In Mundo omnia sunt Unum, Unumque est Omne in omnibus.

Resp. Quod Omne in omnibus, Deus est:
Aeternus ac immensus,
Neque genitus neque interiturus.

55 Mod. In eo vivimus, movemur, et existimus:

Resp. Ab eo natum est unumquidque
Praeum denuo revolaturum,
Omnium ipse principium et finis.

Mod. Carmen accinamus de natura Universi.

Modiperator et Respondentes:

& Quicquid est Hac, omnia animat,
Format, alit, auget, creat;
Sepelit, recipitque in sese omnia:
Omnium idem est Pater;
Indidemque omnia, quae oriuntur
De integro atque eodem occidunt.[3] (Pacuvius ap. Cic. de Divin. L. I. cap 57.)

Aliquandoat hoc.

& Omnia mortali mutantur lege Creata;
Nec se cognoscunt Errae, vertentibus annis:
Indutas variant facies per saecula Gentes.
Ac manet incolumis Mundus, suaque omnia servat;
Quae nec longa dies augit, minuitve senectus:
56 Nec motus puncto cessat, cursusve fatigat.
Idem semper erit, quoniam semper fuit idem;
Non alium videre patres, aliumve minores
Aspicient: Deus est, qui non mutatur in aevum.[3] (Manilii Astron. L. I. v. 545)

Modiperator. & O vetere Philosophia dax! O Virtutis indagatrix, expultrixque Vitiorum! Quid non modo nos, sed omnino vita hominum sine te esset potuisset? Tu Urbes peperisti, tu dissipatos homines in societatem vitae convocasti. Tu eos ratio se, primo domicilijs, deinde conjugijs, tum litterarum et vocum communione junxisti. Tu inventrix legum, tu magistra morum et disciplinae fuisti: ad te confugimus, a te opem petimus, tibi nos penitus tradimus. Illustrium unus ores bene, et ex praeceptis tuis actus, peccanti Immortalitati anteponendus. Lupis igitur opibus potius utamur, quam tuis? quae et Vitae Tranquillitatem largita nobis es, et Eximorum Mortis suppeditisti.[3] (Cicero. Tusculan. Disp. Libr 5. cap 2.)

Resp. Ratio est ora et prima Lex; Lux, lumenque Vitae.

57 Mod. & Habite enim putare (quemadmodum in Tabulis saepenumero videtis) eos, qui alienis impiis scelieratisque commiserunt, agitari et perterreri furiarum taedis ardentibus. Sua quemque fraus, et suus terror maxime vexat: suum quemque scelus agitat, amentiaque affici: suae malae cogitationes, conscientiaque animi terrent. Haec sunt stimulis assiduae conscientiaque furiae.[3] (Cicero Orat. pro S. Roscio Amerino, cap 24.)

Resp. Ad beate viverendum solum sufficit Virtus, Suaque sibi est satis ampla merces.

Mod. Quod Honestum; id solum Bonum est.

Resp. Nec aliud Utile, quam quod Laudabile.

58 Mod. Canon Philosophicus nunc distincte legendus, et a vobis (Fratres dilectissimi) attente perpendendus ac judicandus est.

Resp. Naturae rerum et jucunda contemplatio,
Sic est utilissima Scientia:
Attendimus itaque, Perpendemus, et judicabimus.

Modiperator. De Natura autem ita docebant (veteris Philosophi) ut eam divisserunt in res duas: ut alia efficiens, altera autem quae huic se praebens, ea quae efficeretur aliquid. Haec, quae efficerent Vim esse censebant; in ea autem quae efficeretur, Materiam quandam: in utraque tarem utrumque. Neque enim Materiam ipsam cohaerere potuisse, si nulla Vi cohaereret; neque Vim sine aliqua Materia, nihil effecisse quod non alicubi esse cogatur. Sex ex utroque, id iam corpus, et quasi qualitatem quandam, nominabant.

59 Earum igitur Qualitatum sunt aliae principes, aliae ex iis ortae. Principes sunt uniusmodi, et simplices: ex ijs autem ortae variae sunt, et quasi multiformes. Itaque Aer, Ignis, et Aqua, et Terra primae sunt: ex ijs autem ortae, Animantium formae, earum, quae rerum quae gignuntur e Terra. Ergo illa Principia, et Elementa, dicuntur: e quibus Aer et Ignis moventi vim habent, et efficienti; reliquae partes accipiendi et quasi patiendi, Aquam dico et Terram.

Cicero Academ. Quaest. L. II. cap 6. 7

1 Vis quidem Motus est: nam et nulla Vis sine Motu, sic Motu omnis Materiae Vis se exercet. Corpus vero aliquando pro Materia late sumitur: sed significat ut plurimum partem quandam Materiae e pluribus substantiis simplicibus constantem; unde comit, ut Materia et Corpus saepissime confundantur.

2. Aer, Ignis, Aqua et Terra, non nisi improprie pro Elementis accipiuntur, ut in Diatribe praeliminari ostendetur. Nec pati dicuntur Aqua et Terra, quasi unquam absolute quiescant; sed quia Motus in ijs non aeque sensibus est obvius, ac in Igne et Aere.

Sed subjectam putant omnibus sive ulla specie, atque carentem omni
illa qualitate, materiam quandam, ex qua omnia expressa
atque perfecta sint; quae tota omnia accipere possint, om-
nibusque modis mutare, atque ex omni parte: eaque etiam
interire, non in nihilum, sed in suas partes, quae infinite
secari ac diverti possint; cum sit nihil omnino in rerum
60 natura minimum, quod diverti nequeat.

Quae autem moventur, omnia intervallis moveri,
quae intervalla etiam infinite diverti possunt; et cum ita
moveatur illa vis, quam qualitatem esse diximus, et
cum sic ultro citroque versetur, et materiam ipsam
totam penitus eam mutari putant, et ita effici quae
appellantur qualia: e quibus, in omni natura rerum
genita et continuata cum omnibus suis partibus, es-
setum esse Mundum; extra quem nulla pars mate-
riae sit, nullumque corpus.

Partes autem esse Mundi omnia quae insunt
in eo, quae natura sentiente tenentur; in qua Ratio
perfecta insit, quae sit eadem sempiterna: nihil
enim valentius esse, a quo intereat, quam vim
Animum esse dicunt Mundi, eandemque esse Men-
tem, Sapientiamque perpetuam, quam Deum ap-
pellant.

Omnemque rerum, quae sunt ei subjectae, quasi
61. Prudentiam quandam, procurantem Coelestis maxime;
deinde in terris ea quae pertinent ad Homines; quam
interdum Necessitatem appellant: quia nihil aliter
potest, atque ea constituta sit, evenire; quasi fa-
tum, et immutabilem continuationem ordinis rem-
porum. Nonnunquam quidem haec Fortunam, quae
efficiat multa improvisa haec, nec opinata nobis;
propter absurditatem, ignorationemque Causarum.

Respond. De natura Efficientis, plus quam Effecti,
non est cur impertinenter dubitemus.

Mad. Coelestis Animarum fons est celebrandus,
qui in maxima fuerit et minima.

Madiperator et Respondentes. Esse apibus partem Divinae Mentis, et Haustus
Aetheraeos dicere: Deum namque ire per arvos.
Terrasque, tractusque maris, coelumque profundum.
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
Quemque sibi tenues nascentes arcessere Vitas:
Scilicet huc reddi deinde, ac resolutа referri
Omnia; nec Mortі esse locum, sed Viva volare
Sideris in numerum, atque alto succedere caelo.[3] (Virgil. Georg. Lib. 4. v. 220.)

---

3. Materia prima sunt omnes illae
cuiuscunque speciei particulae indecabiles,
quarum conjunctione et disjunctione
fiunt omnia mista corpora. Haec indefi-
nenter in se invicem resolventur, falvis
tamen simpris partibus constituentibus;
quae neque diverti possunt, neque in nihilum
redigi.

4. Determinationum intervalla
in causa sunt, quaetenus omnia sint in
perpetuo motu, nec unquam in Universo
detur punctum absolute quiescens; nulla
tamen motus species sit infinita,
quamvis Ratio infinita recte dici pos-
terit omnes motus formet fumet.

5. Universi partes vel integrantes
sunt vel constituentes, nulla interjecto
vacuo, e quarum motu et affectibus
divina profecto exoritur Harmonia;
quae nulla valentiore causa dissolvi
potest, cum nulla talis extra totum
existat infinitum.

6. Vis et Energia totius aliquando
insignitur nomine Providentiae, qua
Coelestia quaeque terrestria ita ordi-
nantur, ut omnia summa ratione sint
disposita; nec casui aut fortunae locus
ullus re-inquatur, sed quidlibet spontе,
nihil agat recte.

---

63 Madiperator. Commemorentur nunc praesci viri foeminaeque,
Obrea quae recte praecepiunt aut servant.

Resp. Ut tam Exemplo suo, quam doctrina, praesint nobis.

Madip. Almus Seleme, Chalo, Anaximandrus, Xenophanes, Melissus, Cadlus, Democritus,
Parmenides, Dicaearchus, Confucius.

Resp: Sic profit nobis.

Madip. Alma Aeobulina, Theano, Sarphila, Cornelia, Hypatia.

Resp. Sic profit nobis.

(Socrates, Plato, Xenophon, Cato et Cicero, in prima Formulae Particula laudati sunt.)

Madip. Laudetur reliquus chorus Philosophantium
Familiorum familiarumque Veritatis recordentur.

Resp. Laudentur laudabiles et honorentur.

Madip. Libemus Musis.

64. Resp. Poculis pascimus mediocribus.

Finis Particulae Secundae.

Particula Tertia,

65 continens Socialitatis Libertatem, et non fallentem Legum, neque fallendam.

Madiperator. Ut sit Mens sana in Corpore sano Usque optandum est:
Ac ut Vita non levitor deserenda.
Sic minaquam timenda Mors est.

Resp. Nihil magis optandum: Atque haec veniunt semper animitendum.

Madip. Laete Choreae modulatique canamus.

66 Madiperator et Respondentes.
Et Justum et tenacem propositi virum
Non civium ardor prava jubentium,
Non vultus instantis Tyranni,
Mente quatit solida; neque Auster
Dux inquieti turbidus Adriae,
Nec fulminantis magna Jovis manus:
Si fractus illabatur orbis,
Impavidum ferient ruinae.[3] Horat. Odar. l. III, 3. vers 1.

Madip. Sapientibus antiquior est Laetitia, quam Lucrum.

Resp. Laetitia Liberi est; Tristitia Servi indicium.

Madip. Praestat nemini imperare, quam alicui servire.

Resp. Sine Servo enim vivere honeste licet;
Cum Domino vivendi nulla conditio est.

Madip. Et Legibus parare necesse est, Nam sine his nil proprium aut tutum.

Resp. Legum idcirco Servi sumus, Ut Liberi esse possimus.

67 Madip. Libertas tantum distat a Licentia,

Resp. Quantum a Libertate Servitus.

Madip. Audite igitur (Aequales praestantissimi) animis Praecepta, et facile semper prae-
state, Normam certissimam bene vivendi, beate moriendi, omnique omnino

recte facienti; Regulam (inquam) non fallendam, et Legem nunquam fallentem: Verbis infinitis
vobis nunc tradendam, quibus eam ministrabitis exposuit olim Marcus Tullius.

Resp: Patulis auribus, et cordibus sursum elatis, aures adhibimus.

Moderator. Est quidem Vera Lex Recta Ratio, naturae congruens, diffusa in omnes, constans,
68. sempiterna: quae vocet ad officium jubendo, vetando a fraude deterreat; quae tamen
neque probos frustra jubet aut vetat, nec improbos iubendo aut vetando movet.
Huic Legi nec obrogari fas est, neque derogari ex hac aliquid licet, neque tota
abrogari potest. Nec vero per Senatum, aut per Populum, solvi hac lege possumus.
Neque est quaerendus Explanator, aut Interpres ejus alius; nec erit alia Lex
Romae, alia Athenis, alia nunc, alia posthac: sed et omnes gentes, et omni tempore,
una Lex, et sempiterna et immortalis, continebit.
Unus que erit communis quasi Magister, et Imperator omnium, ~~Deus~~ Deus ille,
Legis hujus inventor, disceptator, lator: cui, qui non parebit, ipse se fugiet, ac na-
turam hominis aspernabitur; atque hoc ipso luet maximas poenas, etiamsi cetera
supplicia (quae putantur) effugiet. (Cicero de republ. l. III apud Lactant. l. 6 cap. 8.)

Resp. Hac Lege institui regique volumus; Haudquaquam mendacibus, et super
stitiosis hominum commentis.

69. Moderat. Non claras sunt fictae leges, nec universales,
Non semper eaedem, nec efficaces unquam.

Resp. Paucis ergo, aut apprime nullis sunt utiles, solis exceptis Interpretibus
Quos interim attendite.

Moderat. Et Superstitio, prava per gentes, oppresserat omnes fere animos (inquit verissime
Tullius) atque hominum imbecillitatem occupaverat; quae et ijs libris eversum est, qui
sunt de Natura Deorum, et hac disputatione (nimirum de Divinatione) id maxime
egimus: multum enim et nosmetipsos et nostris profitari videbamur, si eam funi-
ditus sustulissemus. Nec vero (id enim diligenter intelligi volo) Superstitione tollenda
Religio tollitur: nam et Majorum institutis fuerit, sacris jeremoniisque retinendis,
sapientis est; et esse praestantem aliquam Aeternamque Naturam, ad eam suspicien-
dam admirandamque hominum generi, pulchritudo Mundi, ordoque rerum
70 coelestium, cogit confiteri. Quamobrem, ut Religio Propaganda etiam, quae est
junata cum cognitione Naturae; sic Superstitionis stirpes omnes ejiciendae.
(Cicero de Divinatione l. II. cap. ult.)

Resp: Non vigilat Superstitiosus,
Non dormitat tranquillus;
Neque beate vivit,
Neque ferere moritur:
Vivus et mortuus,
Factus Sacrificulorum praeda.

Moderat. Quod cuique temporis a Natura ad vivendum datur,
Resp. Id debet esse contentus.

Moderat. Qui id, quod vitari non potest, metuit;
Is vivere animo quieto nequaquam potest.

Resp. At qui Mortem, quia necessaria, non timet;
Is sibi praesidium ad beatam vitam parat.

71. Moderat. Ut omnium rerum nobis initium
Extra attulit, sic adferet Mors existendi.

Resp. Ut horum nihil ad nos ante pertinuit, sic nihil post mortem pertinebit.

Moderat. Neque stultus est qui flet, Quod post annos mille non vivet;

Resp. Atque ille qui flevisset, Quod ante annos mille non vixerit.

Moderat. Vanae tantum, et consuetudini, tribuendae funebres Pompae, et Exequiae.

Resp: Contemnendae idcirco in nobis sunt, Sed non in nostris negligendae.

Moderat. Libemus.

Resp. Fiat.

72 Propino in honorem Sodalitatis.

Moderat. Vocalis poculibus majoribus.

Resp. Reliqua jubeat novus Moderator.

Moderat. Omnino fiat.

Deinde pergunt temperate convivantes, Locantes Versibus ac Disertes,
quod est Sodalitij Symbolum et Scopus ultimus.

Versus Particulae Textae.

73 Non semper cantantur enim illae Strophae ex Horatio desumptae, quae in ultima
Formulae Particula inserentur; sed ex eodem Poeta aliae etiam Odae pselluntur integrae,
varijs temporum ac rerum rationibus accommodatae, uti Moderatori visum fuerit:
quales sunt, quae ad Sapientiam, aequanimitatem, bonam frugem, hilaritatem, ac vitae inno-
centiam faciunt, sicuti imprimis sequentes.

Vixerat altâ stat nive candidum	Liber I.	Od. 9.
	" "	Od. 31.
Quid dedicatum poscit Apollinem	Lib. II	Od. 2.
Nullus argento color est, avaris	" "	Od. 3.
Aequam memento rebus in arduis	" "	Od. 10.
Beatus vivet, Licini, ner altum	" "	Od. 11.
Eheu fugaces, Postume, Postume;	" "	Od. 15
Jam pauca aratra jugera regiae	" "	Od. 16.
Otium Divos rogat in patenti	" "	Od. 18
Non ebur neque aureum	Lib. III.	Od. 1.
Odi profanum Vulgus, et arceo	" "	Od. 1.
Angustam, amici, Pauperiem pati	" "	Od. 23.
Coelo supinas si tuleris manus	" "	Od. 24
Intactis opulentior	Lib. IV.	Od. 7
Diffugere nives, redeunt jam gramina campis,	" "	Od. 12.
Jam veris comites, quae mare temperant,	Epodon	2.
Beatus ille, qui, procul negotij.	" "	12.
Horrida tempestas coelum contraxit et imbres		

De Duplici Pantheistarum Philosophia sequenda, atque Se Viri Optimi et Ornatissimi idea, Dissertatiuncula.

I.

Sodalitatum privatarum, sive laetitiorum conviviorum, apud Graecos et Romanos, indolem, ordinationem, nomina, non majori cum brevitate quam perspicuitate, in Diatriba Praeliminari exposuimus: nec interea hodiernae Sodalitatis Socraticae statum aut originem celavimus, quum hoc ipsum nobis sit potissimum fortendi sit argumentum. In hujus Sodalitatis insigni formula, nuno primum in lucem producta, cuivis perspicere licet ipsorum Sodalium mores minime morosos, connivinas potius et elegantes, imo vitio qualibet et justa reprehensione carentes. Leges itidem festivissimi convivii addipsendae sunt, non majus aequae quam prudentes; et Libertatis illecebrae perlegendae, ab omni licentia separatae: quoniam antiquissimum est Sodalibus modestiam, continentiam, justitiam, et omnimodas virtutes non excolere dantaxat, verum etiam alios etiam ad eas exercendas, tam verbo quam exemplo, accendere. Sed humana haec omnia humane pertractant:

Abscedant procul fellejoci, nec mane timenda
tibertas, et nihil quod taceriis velis. Martial. Epig. X, 48.

Religionem eorum animadvertas simplicem, claram, facilem, internoratam, et gratuitam; non facetam, implicitam, operosam, incomprehensibilem, aut mercenariam; non animas inanibus laetantem fabulis, et superstitionum sporcitia, divitis, aut ludibriis

77 vexantem; non privato, inquam, alicujus familiae vel factionis commodo, adversus communem utilitatem, inservientem; neque seous sentientes (dummodo viri probi sint et pacifici) infamantem, aut insectantem, multo minus torquentem aut excruciantem. De Ingenio expatiando non est quod diram prolixius. Naturae Mystae ac Mivophaes, tae memoto vocari possunt Pantheistae: nam sicut olim Druidae ingenijs celsioribus, sodalitijs ac strictis consortijs (ut auctoritas Pythagorae decreverit) quaestionibus occultarum rerum, alterumque vocati sunt; (Ammian Marcell. xv, 9) sic ijsdem omnino studijs quaerere incumbunt Sodales Socratici, quibus maxime insta, fuerunt Druidae et Pythagorei. Sodalitates instituerunt utrique. Non eorum tamen dicta omnia aut facta admittunt nostri: ubi discedunt etiam a Veritate, ibi et ab illis discedimus; laudantes ultro quae probamus, et gratias ijs agentes, quorum opera quomodocumque profecerimus.

II.

78 Sed vitio forsan vertatur Pantheistis, quod duplicem habeant doctrinam. Externam scilicet vel popularem, vulgi praejudiciis, vel dogmatibus publice pro veris sancitis, utcunque accommodatam; et Internam vel Philosophicam, rerum naturae, ac ipsi adeo Veritati, penitus conformem: quodque secretum hanc Philosophiam, nudam et integram, omni detracta larva et ambage, non nisi (foribus occlusis) amicis spectatae probitatis et prudentiae proponant. Quis autem, si non humanae justa indolis ac rerum gestarum ignarus, dubitet illas sapienter agere? in promptu ratio est. Sibi enim contrarii, sua placerta errores aut falsitatis, suas ceremonias vanitatis aut ineptiae arguit, nulla religio patitur, nulla secta. Coelo (si Dijs placet) ipsis omnia demissa sunt, ipse terram maximopere sapiant. Diversa sunt (si credere vis) ac vitae re, quidne summe necessaria; quamvis humana esse liquido appareant, inania insipida

